



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum sit virtus specialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

A spectaret ad magnificentiam proprie dictam. Et de huiusmodi communiter dicta magnificentia potest interpretari illud, Eleuata est magnificentia tua. Illud autem, Sanctitas & magnificentia, de proprie dicta magnificentia optime intelligitur: quia, vt in quarto dicitur Ethicor. magnificus expendit in his, quae ad Deum sunt. Dicitur tertio, quod in Christo fuit magnificentia proprie dicta circa sumptus, eminentius tamen quam sumptus exteriorum rerum quas possidemus, quae communi nomine appellantur pecunia. Sicut fuit proprie sanguis suus pretium emptionis nostrae ad constituendam domum suam, quae est Ecclesia, iuxta illud: Empti estis pretio magno. In hoc ergo quod Christus maximos sumptus sanguinis & peccatorum suorum fecit, ad maximum opus diuinae domus, & diuini honoris magnificentis fuit. Et propterea eleuatus est super caelos, iuxta illud: Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen.

q. 129. art. 3. ad 2. & 1. 2. q. 65. art. 1.

q. 129. art. 3. ad 2.

¶ Super Quaestione centesima trigesima quarta. Articulus secundum.

In articulo secundo eiusdem 134. quaestio. in responsione ad secundum, dubium primo occurrat ex Martino ibidem, circa id quod est de magnanimitate dicitur, quod ad magnanimum spectat operari magnum in qualibet virtute, ita quod magnanimum respicit circa hoc solum rationem magni &c. Hec opinio, inquit, mihi non videtur vera, tum primo: quia sequeretur quod omne opus magnum secundum quod magnanimum, fieret a magnanimitate, hoc est falsum, quia spectat ad magnificentiam: tum secundo, quia magnanimum non solum considerat magnitudinem operis, sed etiam rectitudinem, puta, quod est opus iustitiae, aut fortitudinis &c. non ergo respicit solum rationem magni. Probatur antecedens, quia si sola ratio magni respiceretur, sequeretur quod ratio boni esset ei imperitens, & consequenter,

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum magnificentia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd magnificentia non sit virtus. Qui enim habet vnam virtutem, habet omnes, vt supra habitum est: sed aliquis potest habere alias virtutes sine magnificentia. dicit enim Philosophus in 4. Ethic. * qd non omnis liberalis est magnificus. ergo magnificentia non est virtus.

¶ 2 Præ. Virtus moralis consistit in medio, vt patet in 2. Ethic. ¶ magnificentia non videtur consistere in medio: superexcellit. n. liberalitatem magnitudine. magni autem opponitur paruo sicut extremis, quorum medium est equale, vt dicitur in 10. Metaphysicis. * & sic magnificentia non est in medio, sed in extremo. ergo non est virtus.

¶ 3 Præ. Nulla virtus contrariatur naturali inclinationi, sed magis perficit ipsam, vt supra habitum est: * sed sicut Philosophus dicit in 4. Ethicor. ¶ magnificus non est presumptuosus in seipso, quod est contra naturalem inclinationem, per quam aliquis maxime prouidet sibi. ergo magnificentia non est virtus.

¶ 4 Præ. Secundum Philosophum in 6. Ethicor. * ars est recta ratio factibilium: sed magnificentia est circa factibilia, vt ex ipso nomine apparet. ergo magis est ars, quam virtus.

SED CONTRA. Humana virtus est participatio quaedam virtutis diuinæ: sed magnificentia pertinet ad virtutem diuinam, secundum illud Psal. 67. Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. ergo magnificentia est virtus.

RESPON. Dicendum, qd sicut dicitur in 1. de celo. * Virtus dicitur per comparationem ad vltimum, in quod potentia potest, non quidem ad vltimum ex parte defectus, sed ex parte excessus, cuius ratio consistit in magnitudine. Et ideo operari aliquid magnum, ex quo sumitur nomen magnificentiae, proprie pertinet ad rationem virtutis: vnde magnificentia nominatur virtutem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis liberalis est magnificus quantum ad actum: quia defunt sibi ea, quibus vti necesse est ad actum magnificum. Tamen omnis liberalis habet habitum ma-

gnificentiae, vel actu, vel in propinqua dispositione, vt supra dictum est, * cum de connexion virtutum ageretur.

AD SECUNDVM dicendum, quod magnificentia consistit quidem in extremo considerata quantitate eius quod facit: sed tamen in medio consistit considerata regula rationis, a qua non deficit, nec eam excedit, sicut etiam de magnanimitate dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, quod ad magnificentiam pertinet facere aliquid magnum. Quod autem pertinet ad personam vniuersiuersalem, est aliquid paruum in comparatione ad id, quod conuenit rebus diuinis, vel rebus communibus. Et ideo magnificus non principaliter intendit sumptus facere in his, quae pertinent ad personam propriam, non quia bonum suum non querat, sed quia non est magnum. Si quid tamen in his quae ad ipsum pertinent, magnitudinem habeat, hoc etiam magnifice magnificus profectur: sicut ea quae semel fiunt, vt nuptiae, vel aliquid aliud huiusmodi, vel etiam ea quae permanentia sunt: sicut ad magnificum pertinet preparare contententem habitationem, vt dicitur in 4. Ethicor.

AD IIII. Dicendum, qd sicut dicit Philosophus in 6. Ethicor. * Oportet artis esse quandam virtutem, scilicet moralem, per quam scilicet appetitus inclinatur ad recte vtendum ratione artis: & hoc pertinet ad magnificentiam. Vnde non est ars, sed virtus.

ARTICVLVS II: Vtrum magnificentia sit specialis virtus.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod magnificentia non sit specialis virtus. Ad magnificentiam enim videtur pertinere, facere aliquid magnum: sed facere aliquid magnum potest conuenire cuilibet virtuti, si sit magna, sicut qui habet magnam virtutem temperantiae, facit magnum temperantiae opus. ergo magnificentia non est aliqua specialis virtus, sed significat statum perfectum cuiuslibet virtutis.

¶ 2 Præ. Eiusdem videtur esse aliquid facere, & tendere in illud: sed redere in aliquid magnum pertinet ad magnanimitatem, vt supra di-

E

prae formae & suis principaliter intenti. Ex quibus patet, quod dispositio auctoris in nullo deficit, dicens opus bonum, quatenus magnam, ex principali intentione, spectare formaliter ad magnanimitatem. Ad id vero quod additur de materia magnanimitatis, dicitur quod minor est fallax, & probatio philosophi: quoniam seculis omni administratione publica dicitur quis magnanimus; si magni opus virtutis facit ex intentione: pusillanimitas, si non audeat ad illud, ut patet de sermo, qui abscondit talentum: & presumpuosus, si audeat actus supra vires, ut patet, si omnes seculi dicitur fuerint &c. Vnde iste homo, proprium magnanimitatis extraneum fecit. si operari magni in qualibet virtute, & extraneum. si administrationem publicam, propriam facit: cum tamen in 4. Eth. solum primum dicitur. Ad aliud dubium secundo loco motu dicitur quod magnanimitas tendit ad magnam, & facit illud etiam in operatione magnifici. Nec contra hoc obstat obiecta, quoniam alia est materia, in qua magnificus appetit, & facit magnum: alia in qua magnanimus appetit, & facit magnum. Magnificus siquidem facit magnum in materia exteriori, scilicet in aliquo opere factibili, puta, domo, templo, nuptijs &c. Magnanimus autem facit magnum in actu elicitivo ipsius magnifici: ita quod actus magnifici, sicut & aliarum virtutum actus, sunt quos magnanimus ornare magnitudinem. Non est ergo eadem magnitudo directe intenti ab utraque virtute: sed magnifici intendit ad magnum in materia exteriori, magnanimus autem ad magnum in ipso actu magnifici, & hoc per se primo, in quantum est

magnum operantur, non principaliter dirigunt intentionem suam ad magnam, sed ad id quod est proprium unicuique virtuti. Magnitudo autem consequitur ex quantitate virtutis. Ad magnifici- tatem vero pertinet non solum facere magnum, sed in quod facere proprie sumitur, sed et ad magnam faciendum tendere animo. Vnde Tullius dicit in sua rhetorica, quod magnifici est rerum magnarum & excellentiarum, cum animi quadam ampla, & splendida dispositione cogitatio atque administratio: ut cogitatio referatur ad intentionem, administratio autem ad exteriorum executionem. Vnde oportet quod sicut magnanimitas intendit aliquod magnum in omni materia, ita & magnifici- tatem in aliquo opere factibili. AD TERTIUM dicendum, quod magnifici opera aut ab hominibus facta, ad aliquid sunt ordinantur. Nullus autem finis humanorum operum est adeo magnus, sicut honor Dei: & ideo magnifici opera proprie magnum opus facit in ordine ad honorem Dei. Vnde Phil. dicit in 4. Eth. quod honorabiles sumptus sunt maxime, quod pertinent ad diuinam sacrificia, & circa hos maxime studet magnificus. Et ideo magnifici coniungitur sanctitati, quia proprie eius effectus ad religionem, siue ad sanctitatem ordinatur.

ARTICULVS III.

Utrum materia magnifici sint sumptus magni.

AD TERTIUM sic proceditur. Vt quod materia magnifici non sint sumptus magni. Circa eandem enim materiam non sunt duae virtutes: sed circa sumptus est liberalitas, ut supra habitum est. ergo magnifici- tas non est circa sumptus. ¶ 2. Præ. Ois magnificus est liberalis, ut dicitur in 4. Ethic. sed liberalitas est magis circa dona, quam circa sumptus. ergo etiam magnifici- tas non proprie est circa sumptus, sed magis circa dona. ¶ 3. Præ. Ad magnifici- tatem pertinet aliquod opus exterioris facere. Non autem quibuslibet sumptibus sit aliquod exterioris opus, etiam si sint sumptus magni, puta, cum aliquis multa expendit in xenijs mittendis. ergo sumptus non sunt propria materia magnifici- tatis, & hoc per se primo, in quantum est

actus virtuosus, & non in quantum est actus magnifici- tatis. Obiectio autem secunda similiter in aquiuoco laborat: quoniam magnifici- tas conuenit cum alijs virtutibus in hoc, quod non per se primo tendit ad magnum in operatione sua: sed si facit operationem suam magnam, facit ut conditionem consequentem ex statu virtutis, quia scilicet est perfecta in actu. Oportet siquidem magnanimitatem adesse, ad hoc ut per se primo intendatur ad magnum in operatione magnifici- tatis. Facere autem magnum in re exteriori factibili spectat ad magnifici- tatem. hoc, quod opus magnum conuenienter fiat. Vnde & Phil. dicit in 4. Eth. quod magnificus ab aequali. i. a proportionato sumptu, opus faciet magis magnifici- tum. Sumptus autem est quaedam pecunie emissio, a qua potest aliquis prohiberi per superfluum amorem pecunie. Et ideo materia magnifici- tatis possunt dici & ipsi sumptus, quibus virtus magnifici ad opus magnum faciendum: & ipsa pecunia, qua utitur ad sumptus magnos faciendos, & amor pecunie quem moderatur magnificus, ne sumptus magni impediatur. AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, virtutes illae quae sunt circa res exteriores, habent aliquam difficultatem ex ipso genere rei, circa quam est virtus, & aliam difficultatem ex magnitudine ipsius rei: & ideo oportet circa pecuniam & usum eius, esse duas virtutes, liberalitatem, quae respicit communiter usum pecuniae, & magnifici- tatem, quae respicit magnum pecunie usum. AD SECUNDUM dicendum, quod usus pecunie aliter pertinet ad liberalitatem, & aliter ad magnifici- tatem. Ad liberalitatem, si pertinet in quod procedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideo ois usus debitus pecuniae, cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniae, pertinet ad liberalitatem. scilicet & dona, & sumptus: sed usus pecuniae pertinet ad magnificum in ordine ad aliquod magnum opus quod faciendum est, & talis usus non potest esse sine sumptu, siue expensa. AD TERTIUM dicendum, quod magnificus et dicitur dona, uel xenia, ut dicitur in 4. Ethic. non tamen sub ratione doni, sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendum, puta, ad honorandum aliquem, uel ad faciendum aliquid, unde proueniat honor toti ciuitati: sicut cum facit aliquid, ad quod tota ciuitas studet. AD QUARTUM dicendum, quod principalis actus uirtutis est interior electio, quae uirtus potest habere absque exteriori fortuna, & sic et pauper potest esse magnificus: sed ad exteriores actus uirtutum requiruntur bona fortunae, sicut quaedam infra, & sic hoc pauper non potest actum magnifici- tatis exterioris exercere in his quae sunt magna simpliciter, sed forte in his quae sunt magna per comparationem ad aliquod opus, quod et si in se sit paruum, tamen potest magnifice fieri secundum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relative, ut Philosophus dicit in predicamentis. ¶ Secunda Secunda S. Thomae. SS ¶ Su-

uirtutes possunt habere et pauperes, quia uirtutes non ex necessitate indigent exteriori fortuna, sed sibi ipsis sufficiunt, ut Seneca dicit in li. de Ira. ergo magnifici- tas non est circa magnos sumptus. SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 4. Ethic. quod magnifici- tas non extenditur circa omnes operationes quae sunt in pecunijs, sicut liberalitas, sed circa superfluas solum, in quibus excellit liberalitatem magnitudine. ergo est solum circa magnos sumptus. RESPON. Dicendum, quod ad magnifici- tatem, sicut dictum est, pertinet intendere ad aliquid magnum opus faciendum. Ad hoc autem quod aliquod magnum opus conuenienter fiat, requirunt proportionati sumptus. Non enim possunt magna opera fieri, nisi cum magnis expensis. Vnde ad magnifici- tatem pertinet magnos sumptus facere ad hoc, quod opus magnum conuenienter fiat. Vnde & Phil. dicit in 4. Ethic. quod magnificus ab aequali. i. a proportionato sumptu, opus faciet magis magnifici- tum. Sumptus autem est quaedam pecunie emissio, a qua potest aliquis prohiberi per superfluum amorem pecunie. Et ideo materia magnifici- tatis possunt dici & ipsi sumptus, quibus virtus magnifici ad opus magnum faciendum: & ipsa pecunia, qua utitur ad sumptus magnos faciendos, & amor pecunie quem moderatur magnificus, ne sumptus magni impediatur. AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, virtutes illae quae sunt circa res exteriores, habent aliquam difficultatem ex ipso genere rei, circa quam est uirtus, & aliam difficultatem ex magnitudine ipsius rei: & ideo oportet circa pecuniam & usum eius, esse duas virtutes, liberalitatem, quae respicit communiter usum pecuniae, & magnifici- tatem, quae respicit magnum pecunie usum. AD SECUNDUM dicendum, quod usus pecunie aliter pertinet ad liberalitatem, & aliter ad magnifici- tatem. Ad liberalitatem, si pertinet in quod procedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideo ois usus debitus pecuniae, cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniae, pertinet ad liberalitatem. scilicet & dona, & sumptus: sed usus pecuniae pertinet ad magnificum in ordine ad aliquod magnum opus quod faciendum est, & talis usus non potest esse sine sumptu, siue expensa. AD TERTIUM dicendum, quod magnificus et dicitur dona, uel xenia, ut dicitur in 4. Ethic. non tamen sub ratione doni, sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendum, puta, ad honorandum aliquem, uel ad faciendum aliquid, unde proueniat honor toti ciuitati: sicut cum facit aliquid, ad quod tota ciuitas studet. AD QUARTUM dicendum, quod principalis actus uirtutis est interior electio, quae uirtus potest habere absque exteriori fortuna, & sic et pauper potest esse magnificus: sed ad exteriores actus uirtutum requiruntur bona fortunae, sicut quaedam infra, & sic hoc pauper non potest actum magnifici- tatis exterioris exercere in his quae sunt magna simpliciter, sed forte in his quae sunt magna per comparationem ad aliquod opus, quod et si in se sit paruum, tamen potest magnifice fieri secundum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relative, ut Philosophus dicit in predicamentis. ¶ In practica meo ad aliquid, to. 1.

Lib. 4. c. 2. an te medium to. 5.

Ar. preced.

Li. 4. c. 2. an te medium to. 5.

Q. 2. art. 2.

Lib. 4. c. 2. to mo. 5.

In practica meo ad aliquid, to. 1.